

Ego Hugo Eberhardus Cratz a Sehaffenstein Archidiaconus
tit. S. Lubentij in Biedrichen in maiori Ecclesia Freuren,
notum facio vniuersis, quod archidiaconatum meum predictum et oem
eiusdem archidiaconatus iurisdictionem, vna cum vniuersis suis iuribus
ac pertinentijs, a R^{mo} Christo Patri et D^{no} D^{no} Philippo
Christophoro Archiepo Freuren, D^{no} meo gratiosissimo, ad cuius
collationem seu prouisionem ipse archidiaconatus meus pertinet
pleno iure recepi, ac me recepisse recognosco per testes, quodq^{ue}
in huiusmodi mea promotione, iam dicto D^{no} meo Philippo Christo-
phoro Archiepo Freuren infrascriptam obedientiam et fidelitatis
iuramentum, cuius tenor sequitur in hac verba.
Ego Hugo Eberhardus Cratz a Sehaffenstein Archidiaconus
tit. S. Lubentij in Biedrichen in Ecclesia Freuren, iuro,
polliceor et promitto, quod ab hac hora in antea fidelis ero
R^{mo} in Christo Patri et D^{no} D^{no} Philippo Christophoro Archiepo
Freuren, eiusq^{ue} successoribus et Ecclesie Freuren
ipsorumq^{ue} personas, res, iura, statum et honorem, testes et
futuros fideliter promouebo, et pro posse defendam, periculum
sui damnum rerum huius personarum ipsorum non tractabo, nec
tractari procurabo verbo vel facto, nec tractantibus dabo
consilium, auxilium vel fauorem. Quod si quempiam aliquid
horum tractare vel procurare sensero, quatenus potero, eis
manifestabo, consilia et secreta eorum mihi credita fideliter
apud me retinebo, et ea nulli ad eorum damnum, iniuriam,
vel contumeliam pandam, archidiaconatum meum supradictum
et ipsius iura, prouentus et libertates fideliter manutenebo
et deperdita ex his pro posse recuperabo, nec de his aliquid

alienabo, vendam et impignorabo, in feudum vel in emphyteusiam
concedam hinc prefati Dni mei Archiepi Treuiren aut suorum
successorum licentia et consensu expressis. Cerum mihi sciendum
in honoribus et iuribus suis debitis fideliter conseruabo iuxta
posse, nec eos auerabo, aut auerari permittam, ultra id, quod per
ipsum erga suos Archidiaconos Praedecessores meos ab olim fieri
est consuetudinis, prefatoq; Dno meo Archiepo, eiusq; successori-
bus seruiam et obediam in omnibus licitis et honestis contra
pmissa aut aliquid eorum non impetram relaxationem dispensa-
tionem seu commutationem a S. R. Summo pontifice, seu eius
successoribus, generalibus concilijs, eorum Legatis, seu alia qua-
cunq; persona, etiam quacunq; fulgeat dignitate, nec
utar impetratis vel impetrandis, etiamsi motu proprio fuerint
concessa, sed me Deus adiuuet, et hanc sancta Dei Evangelia.
In cuius rei testimonium ego Hugo Eberhardus Rath a Schonn-
pffenstein supradictus has litteras sigilli mei appensione
munivi. Data Treuiri die 17. mensis Octobris 1627

N. 10. fasc. I.

Juramentum D. Ar
chidiaconi grat. Archi
epi praestitum

1627

Archidiaconus
D. Graf v. Scherff